



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 22. Duo articuli post longam disceptationem a Patribus approbati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

moriatur, aut peregre proficiscatur, Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
adeoque matrimonii probatio haberí  
non posſit.

Postea actum de testium conditionibus,  
ubi nonnulli censebant, non admitten-  
dos esse homines haud cognitos, atque  
hinc inde circumvagantes, sed potius  
tales, qui fixum domicilium haberent:  
denique sancitum, ut connubii contracti  
testimonia in codices referrentur, non  
a scriba, qui forte idiota, aut a par-  
tibus facile corrumpi posset, sed a Pa-  
rocho melius hujusmodi rem edocto,  
cum hic magis poenas Ecclesiasticas per-  
timesceret, si forte suo ministerio haud  
integra fide defunctus deprehenderetur.  
His omnibus rationibus permoti Epi-  
scopi, Oratores, ac Principes consen-  
ſere, ut Parochi præsentia tanquam  
ad legitimi Matrimonii Sacramentum  
necessaria declararetur: petebant ta-  
men Patres, ut Parochus nonnisi velut  
ſimplex testis præſens adſit, cum ta-  
men Galli postularent, ut ipſe Sacra-  
mento per ſuam voluntatem, atque  
auſtoritatem præſeffet, quod verbum uti-  
que plusquam ſimplicem testis præ-  
ſentiam fonabat.

### §. XXII.

Duo articuli post longam disceptatio-  
nem a Patribus approbati.  
*Hist. Eccles. Tom. XLVI.* Hh De-

Sæc. XVI.  
A.C. 1563.

Pallav. n. 21.  
& 22.

Denique decimo Septembbris die abso-  
luta est sententiarum collectio, que  
in quatuor classes dividebantur, qua-  
rum prima negabat, quod Ecclesia ha-  
beat potestatem nulla declarandi ma-  
trimonia, quæ clandestine, aut a filiis  
familias absque Parentum consensu  
contraherentur: altera ex adver-  
santiebat, esse hanc in Ecclesia po-  
testatem, & esse ab illa exer-  
cendam; porro tertia afferebat, quod  
insit quidem Ecclesiæ hæc auto-  
ritas, ubi sufficiens subsisteret caufa,  
quæ tamen caufa in casu controverſio  
deeffet: tandem quarta opinabatur,  
quod hæc quæſtio, cum Ecclesiæ po-  
testas a multis affirmaretur, negaretur  
autem a multis, ad dogma redigi ne-  
quaquam possit, imo nequidem deceat,  
ut decretum hac de re conficeretur tam  
multis contradicentibus: verum post  
habitam prolixam disputationem, prius  
quam Sessio celebraretur, pene omnes  
de duobus concordarunt articulis, quo-  
rum primus erat, in deliberatione in-  
volvi dogma: alter vero continebat,  
dogma verum esse pro ea parte, quæ  
non opponeretur Decreto, cum ea pro-  
fiteatur, quod in Ecclesia sit facultas  
illa, ubi alioqui digna caufa suppone-  
ret, in quo fere unanimes convenie-  
bant secundi Ordinis Theologi: quam  
obrem

obrem denique eo deducta res est, ut per- **Sæcul XVI.**  
 penderetur, an vere hujusmodi adefset **A.C. 1563.**  
 causa, propter quam matrimonia clan-  
 destina pro irritis haberentur: hac igi-  
 tur quæstione examini subjecta centum  
 triginta sex Patres decreto favebant,  
 quinquaginta vero sex sese eidem oppo-  
 nebant, reliqui vero media via ince-  
 debant.

### §. XXIII.

#### *Congregatio pro conciliandis Patri- bus circa matrimonia clandestina.*

Postquam cuncta ad matrimonium spe- **Pallav. c. 9.**  
 ctantia fuerant discussa, die unde **num. 5.**  
 cima Septembris examen circa morum  
 Reformationem parabatur: ast prius-  
 quam de hoc argumento agebatur, Sy-  
 nodi Præsides veriti, ne ob maximum  
 illorum, qui sese adhuc decreto contra  
 matrimonia clandestina opponebant,  
 numerum inter Patres dissensio esset,  
 prius illos ad concordiam revocare ni-  
 tebantur: ergo die decima tertia ejus-  
 dem Mensis in primi Legati ædibus  
 conventus habetur, ubi præsentes ad-  
 erant ceteri Legati, aliique Cardi-  
 nales una cum cunctis Oratoribus  
 Ecclesiasticis, & quamplurimis Præfu-  
 libus scientia clarissimis præter secundi  
 Ordinis Theologos, pluresque laicos;

Hh 2

ab